

tem non tanta fuerit adhuc , Musei huius Wirtembergici , quantum quidem meretur , celebratio , tamen & hoc asseuerare licet , non eo vsque obscuram fuisse tanti thesauri famam , vt plane inter eruditos , aut curiosos antiquitatum indagatores ignoraretur . Mentionem facit Cimeliarchiorum Wirtembergicorum , Celeberrimus *Carolus Patin* , in *Introductione ad Historiam Numismatum* , Amstelaedami A. 1683. edita . Verba Viri , quae Cap. 25. p. 220. occurrunt , sunt sequentia : „ WIRTEMBERGIAE DVCES duo amplissima coegerunt Numismatum Cimeliarchia : EBERHARDVS quidem nuper fato functus , Stutgardiae , & FRIDERICVS Neostadti . Vtraque fere ausim dicere opera manuum mearum , vtraque omni metallo & serie locupletissima . „ Cum nescio quo fato , quae ad originem vtriusque huius gazae faciunt cognoscendam , a nostris diebus non ita longe remotam , aut interciderint , aut plane non fuerint in litteras relata , ex his maxime peregrinorum

huius scientiae , qualem ipse Vir eruditissimus expertum esse se profitetur . Eruditissimus etiam P. ERASMVS FROELICH , hoc argumentum tractauit ; sed omnino nimius esse videtur in eo , quod probare annititur singularem inesse numis vim in reducendis hominibus ad viam virtutis . Nec plus nec minus illi possunt , quam omnes propositae bonorum imagines , quae bene compositum mouere possunt , & stimulare pectus .

A 3